

37

DISSE⁷
TATIO INAVGVRALIS MEDICA
DE
**METHODO REFRIGERANTE
ET ANTIHLOGISTICA PER
RECENTIORVM DE CALORE
ANIMALI DOCTRINAM
EXPLICATA**

Q V A M
CONSENTIENTE GRATIOSA FACULTATE MEDICA
PRO GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN ARTE SALVTARI HONORIBVS AC PRI-
VILEGIIS LEGITIME IMPETRANDIS

P R A E S I D E
D. AVGVSTO FRIEDERICII HECKER
FACULTATIS MEDICAE PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO ET
ADSESSORE EXTRAORDINARIO

PUBLICE DEFENDET
FRIDERICVS ERDMANN SCHROEDER
WERNINGERODANVS

IN AUDITORIO MEDICO
DIE XX. SEPTEMBERIS MDCCXC.

ERFORDIAE,
TYPIS HENRIC. RUDOLPHI NONNI,
ACADEMIAE TYPGRAPHI.

DIESELATTO NAVAGARALIS MEDICAE
METHODO REFRIGERANTE
DE ANTIPLHLOGISICA PRAE-
RECONIURANDA CLOUDA
ANIMALI LOGOTRINAM
EXPLICATA

GRATIA
CONFIDENTIALE DEDICATO A TAGELATTO MEDICAE
PRO GRD DU DOCTORI
SUMMO/ HIRERORUM INSTITUTIO/ MUNDO
PRAESESIDE
D. VACATO FRIDERICO HOCII
TAGELATTO MEDICAE PROGREGATIONE PATERNO
TAGELATTO MEDICAE PROGREGATIONE PATERNALI
VACATO FRIDERICO HOCII
HEDERICA HYDRUAN SCHOLÆFER
MEDICAE PROGREGATIONE



METHODVS REFRIGERANS ET ANTIHLOGISTICA,
PER RECENTIORVM DE CALORE ANIMALI
DOCTRINAM EXPLICATA.

I.

Prodiit nuper in Studio Erfordiensi Dissertatio physiologica 1), cuius auctor cl. de calore animali, egregiam tradit doctrinam, in summa co redientem:

- 1) ut *calidum*, quod veteribus *innatum* audit, cuique animali calido, in *utero* impertiatur materno, immo forte sub ipso generationis negotio;

A

2) parum

- 1) Dissert. de calore animali, Auct. A. I. Kachel. Erford.
1790. 4.

- 2
- 2) parum nutriri videtur hoc calidum *aëre pure*, quamvis
theoria *Crawfordiana*, omnem caloris animalis fon-
tem, in aërem reponat dephlogisticatum;
- 3) sed magis alitur calidum innatum nutritientis, chylo,
sanguine, & humoribus ex sanguine secretis, quorum
ligatus calor, calore jam præsente sensibili, humecta-
tione, separatione & nova mixtione, motu,
præsertim in vasis minimis, &c. extricatur. Primas quasi
hujus theoriae lineas duxit medicorum pater *Hippocrates*;
denuo in mentem revocavit *Mosceti*; sed nostris tempo-
ribus longe emendavit, auxit & ultro ornavit el. An-
glorum medicus *Rigby*.
- 4) Calor sic liberatus, *partim* in usum corporis vertitur,
quod inde necessarium habet caloris sensibilis gra-
dum; *partim* adipis forma in cellulosa reponitur
telam; *partim*, perspirabilis *Santoriani* nomine, per
corporis superficiem exhalatur. Hinc perpetui &
constantis, in statu sano, caloris nativi gradus origo.
- 5) Perspiratio ignis liberati modo liberrima & abundan-
ter procedit, indeque corpus refrigeratur, modo re-
tardatur supprimiturve, & hinc corpus incalescit.
Perspirationem ignis *argent*: actu frigida, humida, su-
dor, & omnia, que actionem aëris sape renovati in
corporis superficiem facilitant, ut nuditas, vestitus levis,
rarus, &c. *Supprimunt* contra: aër actu calidus, in-
clusus, phlogisto gravidus, vestitus multus, densus,
pelliceus, *plumæ*, cutis siccæ, rel.

II.

te memori dico tuis hoc II.

Placuit simplicissima hæc theoria, & de speciminiis singularis themate solliciti, applicationem huius doctrinæ ad practicam Medicinæ partem, æque iucundum ac utilem esse laborem, existimavimus. Docuit equidem jam pridem Rigby, quomodo variis cutis exanthematibus, variolis, febribus miliaribus & scarlatinis, morbillis, erysipelate, elephantiasi, achoribus, carbunculis, phlegmonibus, combustionibus, ulceribus serpiginosis, inflammationibus testiculorum, herniis inflammatis, ophthalmiis, morbis arthriticis, gangrenosis, scorbuticis, e. a. secundum suam de calore corporis doctrinam medendum sit. 2) Hæc vero omnia scopum nostrum vix attingunt; missis enim, quæ ad morbos species faciunt, potius inquiramus; quid frugi ad Therapiæ generalis doctrinam de *methodo refrigerante & antiphlogistica*, ex proleta caloris animalis theoria resultat?

III.

Corporis humani calor in universum, *triplici modo*, præter naturam potest augeri:

1) Si ejusdem fontes: nutrimenta, sanguis, omnesque corporis humores vel nimis augmentur, vel ingentem ignis ligati copiam continent, qui in corpore liberatus, nativum ejus calorem nimis incendit; → & ipsa abundans pinguedo hoc spectat.

2. Si

2) E. Rigby's Versuch über den Ursprung der thierischen Wärme, nebst ihrer Anwendung in der Heilart der Hautauschlæge, der Entzündungen und einiger andern Krankheiten. Altenburg. 1790 8. S. 59. f.

2 Si ex hisce fontibus, plus producitur caloris, quam ad sustentandam vitalem flammarum requiritur; quod sit: quando solida viva, vasa præsertim, quovisunque modo irritata, nimium in fluida aguat; quando calore, motu, fermentis, miasmatibus morbificis, rel. motus intestinus in fluidis producitur; e. a.

3) Si perspiratio caloris deficit, vel minuitur, ita ut quantitate ignis, qui continuo evolvitur, haud respondeat.

Consentient hæc omnia, tam cum exposita caloris animalis doctrina, quam cum ipsa corporis nostri natura, & quamplurimis phænomenis, quæ in statu præternaturali occurunt. Verum enim incalescit corpus, immo accenditur febris: nutrimento copioso, evchymo, vino, spirituoso, pingui, oleoso, præsertim oleo æthereo prædicto; obesitate nimia; irritatione permulta, varia; motu humorum intestino, quovis modo inducto; perspiratione imminentia vel supperfa, rel.

IV.

Quod nunc diximus caloris augmentum, vel in toto corpore, vel in ejusdem parte aliqua contingit; hoc in omni inflammatione, congestione, febre topica, putredine, & si quædam pars irritatur; — illud in exæstuatione corporis, orgasmo, febre universali, putredine universali, &c. fieri, notum est. —

V. *enam enidub omittitur*
Enam *fa Therapiæ generalis methodus*, qua in universum
nimium austus corporis nostri calor imminuitur, *refrigerans*
audit; qua *antiphlogistica vulgo nuncupatur*, si caloris augmen-
tum cum inflammatione conjunctum sit (Die *kühlende und*
entzündungswidrige Methode). Discrimen, quod his inter-
cedit, haud magni momenti est, partim quia utraque iisdem
mititur remediis, partim, quia in morbis quamplurimis, qui-
bus methodo antiphlogistica medetur, inflammatio vel certe
abest, vel parum ex signis suis cognoscitur. Vocatur quo-
que dicta methodus, *temperans vel precipitans*; et pro ratio-
ne indolis & applicationis remediorum in *universalem &*
particularem, internum et externum 3) dividitur.

VI.

Indicantia, quae in universum methodum antiphlogisti-
cam adhibendam esse suadent, sunt:

- 1) Calor valde austus in universo corpore, qui pulsu ce-
leri, frequenti, exploratione vel nuda manu vel ther-
mometro, colore corporis rubicundo, respiratione
frequenti laboriosa, siti, urina f. d. flammae, &c.
cognoscitur. Hinc orgasmus, et febris longe pluri-
mis, methodo antiphlogistica medendum est.
- 2) Calor in parte quadam corporis nimium austus, qui in
externis quidem facilime detegitur, in internis vero
difficitur. A 3
- 3) A. G. Richter Progr. de remediis antiphlogisticis exter-
nis, Goetting, 1780, 4.

sæpiissime dubius manet. Huc pertinet omnis fere
sanguinis congestio activa, tumor acutus, inflammatio.

3) Dispositio s. d. inflammatoria, quam nuper ex nimio
caloris in corpore remanentis augmento derivarunt 4).

VII.

4) „Die Aerzte sprechen sehr oft von einer gewissen entzünd-
lichen Anlage, Beschaffenheit, ohne eben genauer zu
bestimmen, was sie unter derselben verstehen. Es giebt
„kaum eine Krankheit, mir welcher diese Anlage nicht ver-
bunden, deren Ursache sie nicht seyn könnte. Man kennt
„Krämpfe, Schmerzen, Wasserluchten, Lahmungen,
Ausleerungen mancherley Art, mit oder auch von einer
„entzündlichen Anlage. So wenig auch bey diesen Krank-
heiten, die Zeichen einer Entzündung in die Augen fallen,
„so wenig man Hitze des Körpers verfpürt, so müssen doch
„alle durch die antiphlogistische Methode geheilt werden.
„Sollten nun diese Krankheiten, nicht von einer zu schwä-
chen oder unordentlichen Ausdünstung der Feuermaterie
„herrühren? — Dieses erlangt einen hohen Grad von Wahr-
scheinlichkeit, wenn man bedenkt: a) daß sich die entzünd-
liche Anlage nach solchen Krankheiten findet, wo Hitze
„statt fand, besonders wenn sie nicht recht behandelt wor-
den sind; b) daß erhitzende Dinge jene Anlage, und die
„von ihr abhangenden Krankheiten vermehren; c) daß
„diese Krankheiten andern Mitteln widerstehen, und nicht
„eher weichen, als bis man sie antiphlogistisch behandelt.“
Porro in absentia signorum sensibilium auch calor, expli-
canda, auctor occupatus est. Archiv für die allgemeine
Heilkunde, von A. F. Hecker. I. Band, Berlin, 1790. 8.
pag. 428.

*Contraindicantia generaliora, quæ usum nostri methodi
intercipiunt, aut plane tollunt, habentur:*

1) *Nimia aegroti debilitas, & præter naturam aucta sensi-
bilitas (erethismus s. irritabilitas *Gaubii*), quæ sape
sapient, ex dicta causa (§. III. 2.), aucto corporis calore,
imo inflammationibus concomitantur. In ejusmodi
aegroti statu, antiphlogistica irritantia (& longe plurima
vi quadam irritante haud carent) maxime nocent,
& inflammationem augent. Hisce inflammationibus
longe alia ratione §) medendum est! (§. XV. XVI.)*

2) *Necessitas certi cuiusdam aucti caloris gradus, qui
saepè conditio est, sino qua non fiunt & perficiuntur
coctiones & crises. Felix, qui in morbis acutis astut-
rite moderare didicit, ut neque nimis increbat, neque
tempore idoneo deficiat! Fuit tempus, quo miseros
aegrotos primo includebant inter lectorum cortinas,
deinde sub lecti stragulis sepelibant, ac tandem 'ca-
lore tum cubiculi, tum propriæ suæ atmosphæræ,
circiter suffocabant. Sequebatur aliud tempus.— aequo
perniciosum, quo frigore nimio aegros curabant. Re-
centiores tandem, in auream illam viam, qua tutissime
itur, & qua omnis ævi meliores medici semper ince-
derent, revertere videntur.*

In-

¶) *Egregie de illa differentem videmus cl. S. Hahnemann
Unterricht für Wundärzte über die venerischen Krankhei-
ten, Leipzig, 1789, 8. pag. 39, f.*

8

Indicantia, contra singula methodi remedia, ex sequentibus
patent!

VIII.

Methodus, qua in genere æstus maris microcosmici
(ut Stablii verbis utar!) supprimitur, vel diminuitur, ejusdem
caussis (§. III.) superstructa esse oportet; ergo:

- 1) auferenda vel imminuenda sunt omnia, e quibus ni-
mis abundans calor proficitur;
- 2) sistenda vel debilitanda sunt, quæ multum caloris ex-
tricant; jam liberatus vero citissime removendus est;
- 3) restituenda vel augenda est deficiens vel nimis tarda
caloris perspiratio.

Hinc *triplici ratione* methodus antiphlogistica adhiberi,
æstusque corporis sedatio fieri posse patet. Dicamus sin-
gulas:

RATIO PRIMA.

IX.

I. *Nutriendus* est aeger parca manu, vegetabilibus,
oleraceis, cerealibus, fructibus horreais multo succo referitis,
acidis, cucurbitaceis, aquosis, mucilaginosis. Religiose con-
tra vitanda sunt, quæ animale regnum dat: caro, gelatina, ju-
scula, pinguedo, ova, lac, pisces, aves; vegetabilia vinosa, aro-
matica, oleosa medicamenta omnia, quae multo gaudent
calore ligato: resinosa, spirituosa, oleosa, metallica quædam,
rel.

X.

X.

II. Removenda est obesitas nimia (§. I. 4.); vix datur
alia methodus, qua hoc citius & securius perfici potest, —
quam ipsa antiphlogistica 5)

XI.

III. Continuenda est *massa sanguinis*, vel nutrimentis
avara manu propinatis (§. IX.) vel venae sectione. Egregias hu-
jus summi remedii antiphlogistici vires hic celebrare, acta
agere effet.

XII.

IV. Evacuanda est nimia humorum copia, & quae in
primis viis hærentes, & tu nascendo ansam præbent. Fit
hoc, pro circumstantiarum ratione, evacuatione varia,
præfectum vero purgantibus antiphlogisticis. Celebratur hoc
remediorum genus apud medicos, sed necessarium ducamus,
eundem rigorosiori subiictere examini. Habentur vulgo
purgantia antiphlogistica: a) *Salia* quædam *media*; mira-
bile Glauberi, Sedlicense, Anglicanum, thermarum Caro-
linarum, Seignette, Tartarus vitriolatus, tartarisatus, So-
da phosphorata 7), rel. b) *succi berbarum*. c) *Dulcia* quæ-
dam: fructus horraei dulces, passulae, roob dauci, mel,
cassia, manna. d) *Acida* nonnulla: serum lachis acidum,
Cremor tartari, Tamarindi, eorundemque pulpa. e) *Oleum*
Ricciae. — Hæc oraria, quatenus purgantia, irritationem

B

in

6.) Ryghy I. c. p. 193.

7.) London medical Journal, 1788, Part, IV.

10

in primis viis excitant, quam necessario caloris augmentum sequitur, ut a nobis dictum est (§. III. 2.) Verum enim respectu levioris hujus irritationis indeque enati augmentationi caloris, dicta remedia merito antiphlogistica nuncupantur, eadem comparando cum purgantibus stricte sic dictis, reliquis, gummosis, acribus, draſticis, cet. — Per se vero considerata, summa cum circumspectione, & phenomenorum accurata ponderatione tantum adhiberi debent. Et *salia* quidem *media* potissimum adhibenda videntur, si caloris fons in primis viis haeret, e. g. si cruditates variae, cibi corrupti, bilis praesertim, in cauſa sint. Sin vero, primis viis vacuis, humorum massa depauperanda est, dicta *salia* vix locum habent, cum ventriculum & intestina irritando, humorumque congeſtiones huic alliciendo, facile calorem, qui imminuendus eſſet, augent. Porro *salia media* nocent: valde debilibus, & prater naturam ſenſibilibus, iisque, quorum intestina blandiſſimo illo muco, ſuperficiem internam tegente, carent; quibus non ſolum calorem præternaturalem augere, quid quod? inflammationem stimulo ſuo inducere valent. — *Succi herbarum*, blandi & facile acceſcentes, et ipsa *acida*, optima antiphlogistica videntur, et hi quoque ſummo cum emolumento adhibenda, quibus *salia media* nocent. Parum ſtimulant; habentque præterea hoc ſingulare, ut liberum calorem, affinitate quadam chemica adiuvante, attrahant & dentio ligent (§. XVII.) *Dulcia* vero acidis poſtponenda eſſe credimus, quia multum caloris ligati habent, & ad fermentationem vinosam proni ſunt. Hinc nocent imprimis, quando diu in corpore commorantur,

—

tor, ubi sit in viscerum atonia, obstructione pertinaci, rel.
Oleum ricini, respectu virium refrigerantium, mutatis mu-
tandis, cum dulcibus convenit.

XIII.

V. Auerenda sunt, quae in certo quodam loco, multum
caloris, præbent. Huc spectat imprimis partis gangrenosi,
sphacelati amputatio, & evacuatio sanguinis topica vel sca-
rificatione, vel hirudinibus, humorumque aliorum stagnan-
tium, incisione, suctione, punctura, rel. Sed cavendum,
ne forte stimule, nova & fortior congestio ad locum af-
fектum oriatur! — Denique revulsio & repercussio quoque
congestionum hoc pertinent. Fit hæc remediis adstringen-
tibus & actu frigidis, in quorum usu autem probe cavendum
est, ne nova & magis nociva congestio oriatur, ne acrimo-
nia repellatur, ne perspiratio supprimatur nimis (§. XX.)
cet. Aurea Hoffmanni regula est: „Si ullus remediorum
„usus cum prudentia, et exquisita providentia instituendus,
„certe adstringentum!”

RATIO ALTERA.

XIV.

I Curandum est: ne forte gravius quoddam *irrita-*
mentum ægro accedat: animi pathemata, calor, frigus,
nutrimenta & medicamenta irritantia permulta, motus va-
lidus, e. a. hinc vitanda sunt. Et ipsa remedia antiphlogi-
stica,

B 2

stica, nec nimis frigida, nec nimis calida propinanda sunt, ne stimulum inducent. — Idem valet de decubitu ægri quieto, & sub stragulis, sordibus non inquinatis, ut frequens iactatio avertatur.

XV.

I. Sopienda est nimia ægri sensibilitas; roberandæ fibræ debiles, ac compescendi motus inordinati in solidis fluidisque. Et is præcipius cardo est videtur, in quo nonnullorum remediorum irritantium, adstringentium, roberantium, quin imo narcoticorum, toties agitata vis antiphlogistica vertitur. Tribuunt enim talem vim:

Humeantibus, emollientibusque. Fibram nimis stram laxant, acrimoniam vellicantem diluunt, involvunt; quo efficitur, ut actio solidorum in fluida minor evadat, hincque minus calor ex illis liberetur. Accedit diaphoretica dictorum remediorum vis (§. XX.)

Fragrantibus: Moscho, &c) Zibetho, Ambra, Castoreo, Croco, rel. Efficiunt hæc, ut solidum vivum, in motus inordinatos abruptum, acquiescat, & ad naturæ consentaneas actiones rebeat; ut diaphoresis liberior procedat, &c.

Cam-

8) *B. L. Tralles de limitandis laudibus & abuso Moschi.*
Vratislav. 1783. 8.

Camphora, 9) quae præter roborantes, easdem cum fragrantibus vires habere videtur. Præterea motu intestino resistit. (§. XVIII.)

Vesicatoriis, 10) quorum in compescendis motibus inordinatis, sopientibusque aliis irritamentis, magna & fere mirabilis vis est.

Corticis peruviano, 11) summo roborante, præprimis si fibræ erethismo laborant. Accedit summa vis antisептика. (§. XVIII.)

Opi. 12) Irramenta stupefacit, motus compescit vel plane auferit, fibras relaxat, perspirationem promovet.

B 3

XVI.

9) *B. L. Tralles de virtate camphoræ refrigerante*. Vratislav. & Lips. 1734. 8. *P. G. Werlhof Opera medica cur. J. E. Wichmann* (v. cl.) Hannover. 1775. 4. p. 722. 747. *Collin. Observ. et. P. III. Vindeb.* 1773. 8.

10) *B. L. Tralles Uſus vesicantium et. Vratislav. 1782.*
4. *Aeppli Probelſchrift von den Canthariden.* 1788. 8.

11) *A. E. Büchner Disſ. de virtute corticis peruviani anti-phlogistica*. Hal. 1768. 4.

12) *B. Boehm Diff. de rite aestimanda opii virtute in febribus & morbis inflammatoriis*. Hal. 1784. 4.

Qui vero dicas hisce remediis, scopo antiphlogistico
uti vult, probe monendus est: ut pro ratione stimuli & præ-
ternaturalis sensibilitatis, libera manu, & dosi sufficiente ea-
dem adhibeat. Nam sub sola hac conditione, effectum spe-
ratum producunt; secus, irritando malum augent. 13) Con-
stitutio æ gri, ejusdemque idiosyncrasia varia, & stimuli gra-
vitas, medicum in ardua hac re, ducere debent! —

Sed e diverticulo ad rem!

13) I. F. Weissenborn (v. excell.) von der Umkehrung der
Gebärmutter. Erfurt. 1788. 4. pag 9. 10. „Ich habe in
„mehrern Fällen, wo die Gebärmutter heftig entzündet,
„und alle Nerven äußerst gespannt waren, mit Erstaun-
„nen bemerkt, welche ungewöhnlich große Menge Mohn-
„saft dergleichen Personen, mit ungemeinen Vortheil vertra-
„gen können. — In dieser Absicht gab ich aller 8 Minu-
„ten 25 bis 30 Tropfen der thebaischen Tinctur, mit
„eben so viel vom Hoffmannischen schmerzstillenden Geiste,
„mit Brunnen vermischt, und dieses so lange, bis die ganze
„Oberfläche des Körpers warm wurde, und eine gelinde
„allgemeine Ausdünstung sich einfand. Alsdenn lies ich
„mit diesem Mittel anhalten, und gab es nur ein, zwey
„oder dreymal des Tages. Dabey trank die Kranke viel
„kühlende, mit Salpeter verfetzte Getränke. Ich erinnere
„mich verschiedener Fälle, wo den gesagten Entzweck zu
„errei-

XVII.

q[ui] Propinanda sunt remedia, quibus peculiaris cum calore affinitas est, & quæ ideo eundem avide *imbibunt*, & iterum *ligant*, quo sit, ut intime subactus, sensibiles haud producat effectus. Talia sunt: a) *acida vegetabilia*, ab omnibus partibus oleosis, spirituosis probe depurata. Optimum fere antiphlogisticum, acetum vini puta, haud refrigerat, immo exæstuat, si particulis scatet spirituosis, oleosis. — Aceta quædam aromaticæ, camphorata, quæ in officinis prostant, cum remedii §. XV. dictis, convenient. — b) *acida mineralia*, præfertim vitrioli, dephtogisticata. In horum ufo cendum est, ne plus justo stimulent. — *Acida dulcificata* respectu effectus antiphlogistica, haud absimilia sunt §. XV. dictis. c) Tandem *nitrum*, & cetera salia media antiphlogistica, hoc pertinere videntur. Parum certe nitrum refrigerat; — interdum forte motus inordinatos sedando agit. (§. XV.)

XVIII.

„erreichen zwey bis drey Quenten obiger Mischung, innerhalb etlicher Stunden, nœthig waren. Keine von allen klagte, daß ihr der Kopf davon eingenommen were! „Da der Mohnsaft die gespannten Nerven erschläfft, allen widernaturlichen, durch örtliche Vrfläche errugten Reiz besänftigt, und die innerlich bey dem leidenden Theile angehäuften Sæfte nach der Oberfläche leiter, so verdient er bey diesen Fällen, mit grätesten Rechten den Namen eines der besten entzündungswidrigen Arzneymittels!

XVIII.

IV. Resistendum est motui *intestino*, in corpore oborto.
Tota methodus antisepatica huc spectat, & ratio patet, quo-
modo amara, angelica, serpentaria, arnica, camphora, pe-
ruvianus cortex, imo vinum ejusdemque spiritus, rel. astum
corporis supprimere valent.

XIX.

V. Methodus refrigerans *topica*; secundum alteram,
quam agimus rationem, potissimum circa ablationem stimu-
lorum; roborationem sedationemque per remedia hume-
stantia, emollientia, camphorata, opiate, chinata, imo ves-
catoria; usum denique antisepticorum, occupata est. Quod
alterum attinet scopum, monendum est: dicta remedia facile &
irritare, & si, ut mos est, calida applicantur, solida relaxare &
congestiones potius cire, quam avertere; — quae omnia ad
nocivos pertinent effectus, si refrigeratio finis curationis est.
(S. XIII.) Et praesertim cataplasmata calida, quorum usum
in inflammationibus vel quotidie commendant, sapissime
noce necesse est; quod, si argumenta a priori forte non
sufficient, experientia egregie docet.

RATIO TERTIA.

XX.

Adhibenda est methodus *diaphoretica* s. *sudorifera*.
Hanc leve opus est, hance methodum cum antiphlogistica
com.

17

combinare, vel, quod idem est, diaphoresin promovere,
absque omni irritatione & exæstuatione corporis! In uni-
versum hæc regula stet pro axiomate: Corporis calor per-
spiratione haud diminuitur, sed potius augetur, nisi, per su-
perficiem corporis prodiens, citissime abducatur, quod fit
per actu frigida, humida, sudorem ipsum, aërem sæpe reno-
vatum, vestitum levem, rarum, perspirabile avide attrahen-
tem 14) &c. Nam evaporatio refrigerat unica, ut in Physica
pluribus docetur; ex prohibita vero evaporatione (§. I. 5.), in-
calescit corpus, licet materia perspirabilis usque ad summam su-
perficiem penetret. Docet hoc exemplum hominis, sub lecti
stragulis decumbentis, cuius calor per superficiem quidem
corporis liberrime prodiens, a plumis non abducitur, sed
circa corpus retinetur. — Verum enim, si incaute adhiben-
tur, que calorem abducunt: si v. c. frigida fortiora inopi-
nate & citra ægri necessariam præparationem, in corpus agunt;
si aëre sæpe renovato exponitur valde sensibilis æger; si con-
suetudine obstante, vestitus levis induitur; cet. contrarium
plane effectum observamus: corrugatur cutis, supprimitur
perspiratio, incalescit corpus.

XXI.

Non abs re fore credimus, methodum diaphoreticam,
respectu refrigerationis inde dependentis, paullo curatius il-
lustratam, hic exponere. Fit enim excretio per cutem in uni-
versum:

C 2

D


14) A. F. Hecker Archiv &c. I. c. p. 271, 272,

- 18
- 1) remotione obstaculorum, hancce excretionem impeditientium.
 - 2) attenuatione humorum.
 - 3) resolutione humorum viscidorum.
 - 4) augendo motum sanguinis, per remedia irritantia.
 - 5) derivatione humorum ad cutem.
 - 6) apertione vasorum exhalantium obstructorum.
 - 7) relaxatione cutis rigidæ, strictæ.

Facile ex antecedentibus patet, quanam via ratione refrigerationis incendenda sit? Aptissimæ sunt No. 1. §. 6. 7. & remedii nec stimulantibus, nec multum caloris ligati continentibus, quantum fieri potest, prosequenda sint. Attentatio contra & resolutio humorum, & præsertim augmentum motus sanguinis, vix ac ne vix citra caloris incrementum exæstuationemque corporis fieri possunt. —

XXII.

Quod *topicam perspirationem* attinet, ea sub cautelis §. XIII. & XX. monitis, & absque usu remediorum irritantium, fieri necesse est.



DISSE^TRAT^O IN AVGVRALIS MEDICA
DE
METHODO REFRIGERANTE
ET ANTI^HLOGISTICA PER
RECENTIORVM DE CALORE
ANIMALI DOCTRINAM
EXPLICATA

Q V A M
CONSENTIENTE GRATIOSA FACULTATE MEDICA
PRO GRADV DOCTORIS

SVMMISQVE IN ARTE SALVTARI HONORIBVS AC PRI-
VILEGIIS LEGITIME IMPETRANDIS

P R A E S I D E
D. AVGVSTO FRIEDERICH HECKER

FACULTATIS MEDICAE PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO ET
ADSESSORE EXTRAORDINARIO

PUBLICE DEFENDET
FRIDERICVS ERDMANN SCHROEDER
WERNINGERODANVS

IN AVDITORIO MEDICO

DIE XX. SEPTEMBRIS MDCCXC.

ERFORDIAE,
TYPIS HENRIC. RUDOLPHI NONNII,
ACADEMIAE TYPGRAPH.